

In viam rectam sonitu Evangelicò, vel ipso mel-
 le dulciori, nos reducere cepit, patentissimam no-
 bis ad sempiternam gloriam viam muniturus. De
 Alexandro re D. nomine M. apud Curtium prodi-
 tum legimus: quòd, devictis regibus, Taxili nempe, Porò
 & Alà Regina Carum, regna restituerit pariter atq;
 auxerit. Illi aditurus, refert inter alia curtis-
 simi styli scriptor, G. Curtius, Oceanum: navigi-
 is discordes ac vetera omnia retractantes Porum &
 Taxilem, India Reges, firmatà per affinitatem gra-
 tià, reliquit in suis regnis, summo in edificandà
 classe amborum studio usus. Magnam pro-
 fectò, imò maximum liberalitatis hoc erat exemplum:
 exemplum egregia erat benignitatis luculentissi-
 mum. Sed quid hoc est: si cum Sp. S. benefi-
 cius conferatur? Vilissimum, imò minimum foret
 beneficium. Ideòq; si mihi tot lingvæ, tot ora cent,
 quot decidua in sylvis Autumno conspiciuntur
 folia, nequaquam Pentecostalia S. S. beneficia pro
 meritò suo satis celebrare, satis exdollere ac depri-
 dicare possem. Quomodo enim (ut saltim uni-
 cum hoc attingam beneficium), dignis modis exdoli
 possit: quòd gratuita tot spiritualium bonorum,
 quæ amiseramus in Adamo, restitutionis certiores;
 imò certissimos, nos redat Pentecost. ille hospes